

Beihæft

2

S 189

1296 Januar Schmittburg.

[67] [189]
Wldgraf Conrad von Schmittburg versetzt seinem Bruder, dem Wildgrafen
Gottfried Roup, genannte Hörlige.

Universis presens inspectoribus et auditoribus ego Conradus, Comes Silvester
de Smideberg, et Katherina coniux mea volumus esse notum publice pro-
testando, quod manu communi parique consensu et voluntate Albertum
dictum Kenpenveldere una cum uxore sua, commemorantes apud Bontenbach,
nobis attinentes cum filiis et filiabus eorum omnibus necnon cum maritis et
uxoribus eorundem filiorum et filiarum cum iure quolibet, facto et conse-
tudine, quibus nobis attinent, fratri nostro Godefrido, comiti Silvestro dicto
Roup, recte tradidisse vendicacionis pro decem marcis Coloniensium denariorum
titulo, tali modo videlicet, si nos a festo sancti Martini proximo venturo ad
unum annum ei vel suis heredibus vicinioribus reddiderim decem marcas
dictorum denariorum, predictus Albertus cum uxore et filiis et filiabus
omnibus, ut predictum est, ad nos cum iure pristino sine contradictione
quilibet revertentur. Sin autem hoc est, si ipso die Martini non restitueri-
mus decem marcas predictas fratri nostro predicto et suis heredibus, iure
perpetuo remanebunt nulla redempcio nobis postea competente. In cuius
testimonium rei litteras presentes dedimus et quas, quia sigillo proprio
caremus, ista vice petimus sigillo domini Wilhelmi de Smideberg communiri;
et ego Wilhelmus ad eorum rogatum meum sigillum duxi presentibus
appendendum. Datum et actum apud Smideberg, presentibus castrensisbus
advocato de Runa, Brunone, Giselberto et aliis, anno Domini M^{CC}^o nona-
gesimo sexto, mense Januarii.

Orig. Siegeltrest; Kyrburg Nr. 103. — Regest bei Goerz a. a. S. IV, Nr. 2476.